Fallit ubi adeſſet concurſus ſuper pretio fructuum ipſius beneficii, *d diſc.9.n.5.*

In tranſlatione facta ad favorem plurium omnium eſt æqualis conditio, *de penſ.diſc.20.n.6.*

Inter plures penſionarios intrat regula qui prior, &c. *de penſion.diſc.9.num.5.diſc.19.num.3.diſc.20.num.2.diſc. 77. nu.10.*

Quod etiam militat in tranſlatario, *d.diſc.19.n.4.*

Fallit, ubi unica eſſet reſervatio pro pluribus diverſo tempore nominatis, *de penſ.diſc.20.n.3.& per tot.*

Et antiquiores penſionarii pro terminis decurſis non ſunt præferendi junioribus in fructibus currentibus ac futuris, *de penſ. diſc. 19. per tot.*

Et quando poſterior vincat penſionarium anteriorem, *dicto diſc. 19. n. 16.*

Credens pro ſolutione primi anni præfertur creditori pro ſolutione ſecundi in bonis titularis, & quid in fructibus Eccleſiæ, *de Cred. diſc. 3. n. 10.*

De concurſu paſſivo Titularis ſucceſſoris, prædeceſſoris in ſolutione penſionis pro rata perceptionis fructuum, *de penſ. diſc. 24. & ſeqq.*

Et de alio concurſu prædeceſſuris cum ſucceſſore in beneficio, vel antiquorum & modernorum Canonicorum in ſolutione penſionum, *de penſ. diſc. 23. per tot.*

Vid. de penſ. in Sum. ex n. 91.

PENSIO QUOAD CONFIDENTIAM.

Probata dicitur ubi transferens longo tempore continuavit in exactione, *de penſ. diſc. 65. n. 2. & ſeqq.*

Intellige data præcedenti conventione, ſecus ubi tranſlatarius id voluntarie patiatur, *nu. 6. ibidem, diſc. 66. nu. 16.*

Vel ubi accederet juſta cauſa talis continuationis, *de penſ. diſc. 65 n 6.*

An intret confidentia in penſionibus eodem modo quo in beneficiis, *de penſ diſc. 65. per tot.*

Non cadit in tranſlatione quæ fiat ſuper beneficiis in ſtatu Veneto, *d. diſc. 65. ſub nu. 7.*

Reſervari ſolet penſio ſub nomine unius ad commodum tamen alterius, *de Regal. diſc. 35. n. 9. de Penſ. diſc. 66. nu. 2. diſc. 73. n. 1.*

Præſertim ſuper beneficiis Hiſpaniarum, *dicto diſc. 66. n. 3. diſc. 73. n. 1. de Regal. diſc. 35. n. 8.*

Unde ſuper hujuſmodi beneficiis confertur etiam Italo ſub nomine Hiſpani, cujus morte non extinguitur, *de Regal. diſc. 35. ſub n. 8.*

Idque etiam practicari ſolet in tranſlatione, *de penſ. diſc. 66. n. 13.*

In beneficiis tamen Italiæ non procedit, *d. diſc. 66. nu. 10. & 14. vid. de Regal. diſc. 35. nu. 9.*

Præſertim ad favorem manus mortuæ, *nu. 14. & 15. ibid.* ubi quando practicata fuerit tranſlatio favore manus mortuæ.

An autem vitietur onus injunctum ad favorem incapacis, & ipſa reſervatio ſubſtineatur ad favorem capacis, *d. diſc. 66. n. 18. & ſeqq.*

Et quando actus dicatur principaliter directus ad perſonam incapacis, non autem capacis, *n. 20. ibid.*

PENSIO QUOAD DIMINUTIONEM, ET REDUCTIONEM.

Reductio pro rata, an intret ubi valor non aſcendat ad ſummam narratam, *de penſ. diſc. 4. n. 6. & 7. diſc. 6. ſub n. 7. & 11. d. in. ex n. 5. diſc. 14. n. 9. diſc. 91. nu. 3. diſc. 93. nu. 2. Conflic. obſ. 269.*

Non intrat in penſione ex cauſa reſignationis ſub clauſula, *Et non aliàs de Benef. diſc. 90. nu. 38. de penſ. diſc. 11 n. 3. diſc. 12. n. 4. diſc. 14 n. 2. Vid. de penſ. diſc. 93.*

Sive agatur de primo reſignatario ſive de ſucceſſore proviſo per vacationem, *de penſ. diſc. 14. n. 4. & 12.* ubi declaratur.

Quid tamen differat primus reſignatarius à ſucceſſore, *n. 10. ibid.*

Neque intrat ubi agatur de penſione voluntaria ſuper beneficio pleno, *de penſ. diſc. 6. ſub nu. 12. diſc. 7. nu. 2. diſc. 8. n. 5. diſc. 12. n. 3.*

Reducenda ac diminuenda venit ex cauſa diminutionis redituum, *de penſ diſc. 21. n. 2.*

Etiam quod adeſſet clauſula *ut reductio peti non poſſet, nu. 4. ibid.*

Intellige quando Titularis non præſtitiſſet aſſenſum; *n. 8. ibid.*

Et quod diminutio ſuperveniens cedat damno titularis, non autem penſionarii ubi ſalva remaneat congrua, *de penſ. diſc. 91. n. 4.*

De penſione impoſita ſuper Monaſterio cujus fructus fuerint diminuti, quomodo reducenda, *de penſ. diſc. 21. n. 9. & 10.*

An evaneſcat reductio facta ſub pacto præciſe ſolvendi certo tempore, ſi pactum non adimpleatur, *de Cred. diſc. 56. n. 6.*

Non continet pœnam ſed conditionem reſolutivam talis condonationis, *de Emphyt. diſc. 26. n. 8.*

Vid. Penſio quoad Valorem.

PENSIO QUOAD EXACTIONEM, ET SOLUTIONEM.

An, & quando Camera teneatur ad ſolutionem penſionis reſervatæ ſede vacante, *de penſ. diſc. 88. per tot.*

Titularis noviter proviſus quando teneatur ad Penſionem, quamvis non perceperit integros fructus, *d. diſc. 88. ex nu. 2.*

Annus quomodo reguletur in materia fructuum, & collectarum, *d. diſc. 88. n. 5. Vid. Annus.*

Actio ad conſequendam penſionem totius anni oritur in principio anni computanti à die reſervationis; *dicto diſc. 88. ex n. 2.*

Et terminorum præfinitio non percutit ſubſtantiam penſionis, *d. diſc. 88. ſub n. 2.*

Si camera percepit fructus recollectæ, antecedentis, an titularis teneatur, *d. diſc. 88 ex n. 4.*

Fructus præteritæ recollectæ deſerviunt pro oneribus anni novi, *d. diſc. 88. nu. 6.* ubi quod non ſervetur in praxi.

Clauſula *dummodo centum* de quibus ducatis intelligi debeat, *de penſ. diſc. 91. n. 7.*

Titularis pro terminis decurſis tenetur ſolum pro illa rata quæ ſupereſt ex fructibus detracta prius ejus congrua, *de penſ. diſc. 91. n. 9.*

Diſtributiones, & emolumenta incerta an veniant in computatione congruæ, *d. diſc. 91. nu. 6.*

Exactione unius vel partis termini acquiritur quaſi poſſeſſio exigendi, *de penſion. diſc. 30. n. 3. diſc. 36. num. 3. diſc. 37. nu. 2.*

Non acquiritur per ſolutionem factam à titulari poſt dimiſſum beneficium, *de penſ. diſc. 5. nu. 7.*

Neque per ſolutionem factam per moribundum, *ibidem.*

Reſervata cum clauſula *dummodo mille, ſeu centum* juſtificanda eſt per petentem executionem gratiæ de tempore petitionis, *de Benef diſc. 90. nu. 46.*

Fallit quando dicta clauſula importaret modum, *d. diſc. 90. n. 50.*

Modum autem importat ſi fuerit appoſita poſt verbum *reſervamus*, ſi vero ante conditionem, *n. 51. ibid.*

Fallit etiam in penſionario exiſtente in poſſeſſione exigendi, *d. diſc. 90. n. 46. verſ.* Cum eadem ubi de differentia inter poſſeſſorium, & petitorium.

Fallit etiam accedente cautela qua titularis aſſerit ſe informatum, *d. diſc. 90. ſub nu. 48.*

Habet viam executivam, *de penſ. diſc. 38. n. 1. diſc. 57. nu. 13. & 14.* ubi declaratur, *& in Sum. ex n. 113. de Judic. diſc. 43. nu. 17.*

Anticipate poteſt exigi pervertendo ordinem litterarum, *de penſ. diſc. 30. n. 12.*

Penſio quando dicatur anticipata, vel poſticipata, *de penſ. diſc. 87. n. 8. diſc. 88. n. 2.*

Exigi non poteſt litteris non expeditis, *de Benef. diſc. 64. ſub n. 10.* ubi declaratur, *de penſ. diſc. 22. n. 3. diſc. 29. n. 3. diſc. 30. n. 9. diſc. 40. ſub n. 7. diſc. 44. n. 9.*

Inexacta, an tranſmittatur ad hæredes, vel cadat ſub ſpolio, *de Benef. diſc. 81. n. 23. diſc. 137. nu. 10. de penſ. diſc. 28. nu. 3. & 4.*

Quid ubi penſionarius haberet Cardinalitium indultum teſtandi, *ibid.*

Solvi poteſt in æquipollenti, ubi monetæ ſpecies in qua eſt promiſſa non reperiatur, *de Regal. diſc. 126. n. 5. de Benef. diſc. 89. n. 15.*

Si tamen haberi poteſt ſolvenda eſt in moneta expreſſa in reſervatione, *d. diſc. 126. nu. 4.*

Et

Et noviter caſſa ſolvitur pro veteri in ex quantitate quæ veterem adæquet, *dicto diſc.126.ſub nu. 5. Vid. Moneta.*

Procurator, vel Ceſſionatius commoditatis volens exigere penſionem tenetur docere de ſupervivenita penſionarii, *de Emphyt.diſc.36.ſub n.16.verſ.* Hinc.

Pro terminis decurſis in vita anteceſſoris, competit actio contra ſucceſſorem, *de penſ.diſc.19.nu.5. & 14.diſc.31.n.8. diſc.33.n.4.*

Dummodo tamen doceatur de diligentiis adhibitis contra prædeceſſorem, *d.diſc.19.n.5.& 14.diſc.31.n.8.diſc.87.n.2.& 7.* ubi de ratione.

Quæ faciendæ ſunt in loco beneficii, vel ubi ſunt fructus, *dicto diſc.31.n.9.*

Quando autem debeant eſſe diligentiæ ad iſtum effectum, *ibidem.*

An autem id procedat in fructibus futuris, & currentibus in præjudicium aliorum penſionariorum, *de penſ.diſc.19.per tot.de Canon.diſc.9.ſub n. 6.*

Intellige ubi termini decurſi maturarent in vita anteceſſoris ſecus ubi terminus adhuc non maturaverit, *de penſion.diſc.87.ex n.3.*

Quid ubi in parte decurriſſet tempore prædeceſſoris; *n.4.ibidem.*

Et quid ubi penſionarius ſit hæres titularis prædeceſſoris, *ſub n.4.ibid.*

Caſſata non poteſt amplius exigi, *de Penſion.diſc.22.n.2.*

Reſervata perfecte dicitur quamvis ejus exactio, ſeu ſolutio dilata fuerit ad certum tempus, *de Regal.diſc. 49. ſub nu.8.remiſſive, verſ.* Ad hujuſmodi.

Deberi dicitur non juxta ratam temporis decurſi ad ſolvendum ſed juxta tempus perceptionis fructuum, *de Regal.diſc.122.nu.13.& 14.* ubi declaratur, *de penſion.diſc. 86.n.2.diſc.88.nu.2.*

Litteræ Apoſtolicæ ſuper illius reſervatione habent exequutionem paratam, *de Judic diſc.43.nu.17.*

Et de modo eas exequendi, *nu.18.ibid.*

An titularis teneatur ad ſolutionem termini maturati ante captam poſſeſſionem ſi recollectam illius anni fecit, *de penſion.diſc.86 per tot.*

Ordo terminorum non pertutit ſubſtantiam penſionis, *d.diſc.86.n.2.diſc.88.nu.2.*

Qui percipit fructus debet ſolvere penſionem, *d.diſc. 86.nu.3.*

Vid.de penſion.in Sum.ex n.86.

PENSIO QUOAD EXTINCTIONEM.

Non extinguitur per mortem reſervatarii, ſed per illam commodatarii, *de penſion.diſc.68.ſub n.19.diſc.73. nu.2.10. ſub nu.17.*

Præſumitur extincta, ubi diu non fuerit exacta, *de penſion. diſc.67.n.5.& 7.* ubi declaratur.

In dubio judicandum pro extinctione, *de penſion.diſc. 70. nu.8.*

Litteræ non expediuntur ſuper ceſſatione ſed ſufficit ſola ſupplicatio, *de penſion.diſc.22.nu.4.diſc. 5.ſub nu.3.Relat. Cur.diſc.9.nu.27.*

Non admittit pactum de illa extinguenda ab initio, *de Beneſ.diſc.36 nu.23.diſc.39.nu.1.*

An ceſſet ceſſante neceſſitate penſionarii, *de penſion.diſc.40. nu.6.*

Et ubi reſervata fuiſſet ad favorem alicujus Collegii in ipſa fundatione, an ceſſet ubi congrua proviſio ſuperveniat, *de penſion.diſc.77.per tot.*

Ceſſata non poteſt amplius exigi, *de penſion.diſc.22.nu.2.*

Reſervata ad favorem Cardinalis, an ceſſet dimiſſo Cardinalatu, *de Beneſ.diſc.2.nu 3.de penſion.diſc.2.n.5.*

Quid ubi eſſet reſervata ad favorem militis Laurentani, an ceſſet militia ceſſante *d.diſc.2.nu.3.*

Extinctio facta gratis non exigit beneplacitum ſecus mediante pretio, *de penſion.diſc.5.n.3.diſc.11.n.10. diſc. 80.n. 5.cum ſeqq.*

Amplius ut mala extinctio ſine beneplacito adhuc præjudicet penſionario, *de penſion.diſc.5.n.9.diſc 80.n.14.*

Non extinguitur per mortem fiduciarii, *de penſ.diſc.73.n.2.*

Neque in præjudicium commodatariorum penſio ceſſari poteſt per illius conſenſum, *de penſion.diſc.68.ſub nu 19.*

Intellige ubi mors contingat vivente Papa, & quid Sede Vacante, *d.diſc.73.n.3 & ſeqq.*

Extincta per Titularem cum Beneplacito Apoſtolico dicitur ſoluta loco fructuum futurorum, *de Regal. diſc.34. nu. 4.*

Extingui an poſſit per penſionarium poſſeſſam alteri commoditatem. *de penſ.diſc.68.& 69.*

Vid. Penſio quoad Amiſſionem.

PENSIO QUOAD IMPOSITIONEM VOLUNTARIAM BENEFICIO PLENO.

Requirit ſolutionem omnium terminorum in vita titularis qui conſenſit, *de penſ.diſc.5.nu.4.diſc.7.nu.2.diſc.9.nu.6. diſc 84 per tot.*

Et non ſufficit receptio duorum ultimorum terminorum ſi non juſtificatur primus, *d.diſc.84.nu.11.*

Niſi titularis deſiiſſet eſſe poſſeſſor ante maturationem primi termini, *d.diſc.5.n.13.diſc.8.n 4.*

An autem ſit ſolvendus integer primus terminus, ſi ante modicum tempus quo maturaret, reſervatio facta ſit, *de penſ diſc.7 n.3.*

Intellige ut iſta exceptio non ſolutionis omnium terminorum non admittatur in poſſeſſorio, *de penſ.diſc. 30. ſub nu. 4.diſc.84.n.2.diſc.90.n.2.*

Neque retardat obligationem Cameralem, *d. diſc. 90. ex nu.3.*

Fallit ubi agatur de penſionibus ſuper Eccleſiis de Jurepatronatus Regio in quibus non attenditur diſtinctio poſſeſſorii, & petitorii, *dicto diſc 84.ſub n. 2.*

Probari poteſt per teſtes, *de penſ.diſc.7.num. 8. diſc.8. nu.3.*

Et non eſt neceſſaria probatio per inſtrumentum, *dicto diſc.7.n.8.& 12.*

Ac etiam per præſumptiones, & adminicula, *d. diſc.7. n.9.Vid.Infra verſ.* Implementum.

Quid ubi conſtaret de ſolutione trium ultimorum terminorum, *de penſ.diſc 7.n.3.& 4.diſc.84.n 11.*

Quid ex longa obſervantia, *de penſ.diſc.9. nu.7.& 8.*

Implementum decreti in omnibus extremis exigit probationes veras, & expreſſas, & non admittit præſumptas, *de penſ d.ſc 84 ex nu. 3.diſc.90.n.4.* ubi declaratur.

Solutiones fieri debent per ipſum titularem vel de ejus ordine, & de propriis pecunia, *d.diſc.84.n.3 & 9.*

Nec ſufficit quod ſolutio facta fuerit patri, ſed debet fieri filio penſionario, *d.diſc.84.n.10.*

Adeo ut neque ſufficiat præſumpta ratificatio filii, *nu. 11.ibid.*

Quid ubi filius eſſet minor, *d.diſc.84.n.12.*

Perficit dicitur à conſenſu titularis, *de penſ.diſc.10.n.12.*

Qualitas clericatus ſufficit adeſſe de tempore quo ille præſtatur, *dicto diſc.10.n.14.*

Subreptitia eſſet ubi reſervatio fieret cum conſenſu Titularis infirmi, *de penſ.diſc.56.n.8.*

Non reducitur ubi valor non aſcendat ad ſummam narratam, *de Beneſ.diſc.90.n.38 & 57.de Penſ.diſc.6.ſub nu.12. diſc.7.n.2.diſc 8.n.5.diſc. 12.n.3.*

Fraudulenta dicitur, & odibilis, & de ratione, *de Penſ.diſc.8. ſub n.4 & in Sum.ex n 29.de Beneſ.diſc.90.n.38.*

Ubi præſertim accedat ſanguinis conjunctio, *d.diſc 8. ſub n.4.*

Quænam ſint pro ea juſtificanda, *de Penſion. diſc.7.n.2.diſc. 84.nu.2.*

Defectus in parte ſufficit ut intret decretum, *d.diſc.84. nu.7.*

Penſio ſuper alio beneficio ex cauſa reſignationis, an dicatur voluntaria, *de Penſion diſc.93 n.3.*

PENSIO QUOAD NULLITATES RESERVATIONIS.

Ex quibus cauſis infringi valeat, *de Beneſ.diſc.90.n. 32.*

Nullitas primæ penſionis influit in ſecundam, quando fiat per viam tranſlationis, ſecus ſi per viam reſervationis ex integro, *de Penſ.diſc.50.nu.11.*

Quomodo autem id dignoſcatur, *dict. diſc. 50. cum ſeqq. per tot.*

Aſſignari non poteſt ſuper beneficio pro componenda lite abſque beneplacito, *de Benef. diſc. 79. n. 3.*

Et conſenſus revocatur ante iſtius beneplaciti expeditionem, licet colliliganti detur regreſſus, *n. 4. & 5. ibid.*

Reſervata ſuper patronatu Regio requirit patroni conſenſum, vel ſaltim mentionem, *de Penſ. diſc. 58. n. 3.*

Secus eſt in tranſlatione, *n. 4. ibid. & diſc. 1. n. 11.*

Idemque procedit in jurepatronatu laicorum, *d. diſc. 1. nu. 11.*

Nullitas proviſionis beneficii non influit in penſionem, *de penſ. diſc. 33. n. 13.* ubi declaratur.

Penſio aliàs invalida convalidari non poteſt per conventionem beneficiati, *de penſ. diſc. 11. n. 7.*

Mala ætatis expreſſio non præjudicat ubi facta ſit ſine dolo, *de penſ. diſc. 10. n. 7.*

Ubi præſertim variatio eſſet in paucis menſibus, *ſub n. 7. ibid.*

Valor ſufficit quod ſit juſtus de tempore reſervationis, *de penſion. diſc. 8. ſub n. 6.*

Et quando mala expreſſio valoris vitiet penſionem vel potius cauſet reductionem, *de penſion. diſc. 91. nu. 3. diſc. 93. per tot. Vid. Penſio quoad Valorem & quoad Diminutionem.*

Nulla eſt nova penſio non facta mentione antiquæ, *de penſion. diſc. 4. num. 2. diſc. 5. num. 2. diſc. 80. numer. 2. diſc. 89. nu. 2.*

Quid ubi prima penſio eſſet extincta, ſed mediante pecunia ſine beneplacito Apoſtolico, *de penſion. diſc. 80. per tot.*

Quid in Religione Hieroſolymitana, *d. diſc. 89. n. 4.*

Fallit in antiqua penſione perpetua, *de penſion. diſc. 4. n. 3. diſc. 21. ſub n. 7. diſc. 77. n. 13.*

Et dummodo Titularis doceat de validitate primæ penſionis, *d. diſc. 4. n. 4. diſc. 5. nu. 8. diſc. 80. num. 4. diſc. 89. nu. 4.*

Et de validitate conſtare dicitur ex reſervatione, & exactione, *d. diſc. 4. n. 5.*

Declaratur etiam ut ubi fiat mentio in parte ſubſiſtneatur pro rata narrata, *d. diſc. 4. n. 7.*

Neque procederet principalis concluſio ubi adſit clauſula *Etiamſi alias d. diſc. 4. n. 10. diſc. 50. n. 15.*

Quid ubi titularis ſciens antiquam penſionem præſtitit conſenſum novæ, *d. diſc. 4. n. 9.*

Et, an ſufficiat quod Papa ſcientiam habuerit antiquæ, *d. diſc. 4. ſub n. 10.*

Declaratur ut hujuſmodi exceptio nullitatis non admittatur in poſſeſſorio, *d. diſc. 4. n. 11.*

Etiam quod ſuper nullitate adeſſet ſententia, vel res judicata, *n. 12. ibid.*

De caſu in quo reputatum fuit prudens conſilium non facere mentionem de prima, *d. diſc. 4. n. 8.*

Exiſtentia aliarum penſionum an probetur per narrativam in litteris, *de Benef. diſc. 90. n. 51.*

Reſervata ſuper beneficio curato eſt nulla non facta mentione curæ, *de penſion. diſc. 58. n. 2. diſc. 43. n. 4.*

Secus in facultate transferendi, *ibidem & diſc. 1. nu. 11. de Regul. diſc. 6. n. 11. & 12.*

Dicitur materia dividua, & ſubſtineri poteſt in parte, *de penſ. diſc. 61. n. 7. diſc. 66. n. 6.*

Vid. Aliqua in Sum. eod. tit. ex n. 41.

PENSIO QUOAD PERSONAS CAPACES VEL INCAPACES.

A regularibus obtineri non poſſunt, & vacant per profeſſionem, *Annot. ad Conc. diſc. 13. n. 2.*

Fallit accedente diſpenſatione Apoſtolica, *de penſion. diſc. 44. n. 5.*

Vid. Penſio quoad Amiſſionem.

Miles Lauretanus eſt capax illas obtinendi, & retinendi non obſtante ſtatu ſæculari *de penſ. diſc. 2. ſub nu. 3.* & latius, *diſc. 83. per tot.*

Hieroſolymitanus non profeſſus eſt incapax Penſionis, *de penſ. diſc. 42. nu. 1. & 4.* ubi declaratur.

Quid ubi ſit debitor Ærarii, *de penſ. diſc. 89. ex nu. 5. & infra.*

De facultate conceſſa militibus de Calatrava, *d. diſc. 83. n. 4.*

De poteſtate Datariæ diſpenſandi cum uxoratis, & militibus ſuper penſionibus, *de penſ. diſc. 85. nu. 27.*

Jeſuitæ illam retinere poſſunt ſuper beneficiis ſæcularibus ante emiſſionem quarti voti, *de Renunc. diſc. 17. ſub num. 7. de Regul. diſc. 62. num. 12. Annot. ad Conc. diſc. 13. nu. 6.*

Non profeſſi Hieroſolymitanæ Religionis, an, & quando relevari ſoleat, *Ann. ad Conc. diſc. 13. n. 11.*

Laicus de jure eſt capax, *de penſ. diſc. 10. n. 5. diſc. 78. n. 10. diſc. 81. n. 25. de Benef. diſc. 95. n. 3.*

De ſtylo tamen Curiæ non reſervatur niſi clericis vel ſub conditione clericatus, *de Penſion. diſc. 2. ſub nu. 3. diſc. 78. n. 11. diſc. 81. n. 21. diſc. 82. n. 9. & 10. de Benef. diſc. 95. n. 3. Ann. ad Conc. diſc. 12. n. 5.*

Et clericatus requiritur de tempore gratiæ nec ſufficit quod ſuperveniat, *de penſ. diſc. 10. nu. 9. Vid. diſc. 82. ex n. 10. eod. tit.* ubi an ſufficiat adeſſe de tempore nominationis.

Et de ratione clericatus pro capacitate penſionis, *de penſ. diſc. 82. n. 9. & 10.*

Probatur ex aſſertione Papæ, *n. 9. ibid.*

Declara ut in penſione voluntaria ſufficiat adeſſe de tempore quo accedit conſenſus Titularis, *dicto diſc. 10. nu. 14.*

Infantes ſunt capaces, *de penſion. diſc. 10. n. 5. diſc. 78. num. 10. diſc. 81. n. 25. de Benef. diſc. 95. n. 3. Annot. ad Conc. diſc. 24. n. 9.*

Indultum retinendi cum ſtatu incompatibili non requirit novum beneficiati conſenſum, & durant eædem obligationes, *de Benef. diſc. 64. n. 10.*

An male ordinati a non proprio Epiſcopo, ſed ab Abbate ſint inhabiles ad exigendum penſionem, *de Penſ. diſc. 81. ex n. 18.*

Non ſufficit bona fides in eo qui ſit male promotus ad effectum conſequendi penſiones, *d. diſc. 81. nu. 21. & 23.* ubi declaratur, *& n. 30. cum ſeqq.*

Irregularitas homicidio voluntario non inhabilitat ad conſequendas penſiones, *d. diſc. 81. n. 24.*

Miles Hieroſolymitanus debitor Ærarii quando dicatur capax, *de penſ. diſc. 89. ex n. 5.*

Non intrat incapacitas quando obtenta fuerit dilatio à lingua, & à M. Magiſtro, *d. diſc. 89. ex nu. 6.*

An M. Magiſter deroget Statuto, *ſub num. 6. & 7. ibid.* ubi declarantur illa verba *etiam Dio per gratia magiſtrale.*

Vid. Penſio quoad Confidentiam.

PENSIO QUOAD PERSONAS ILLAM RESERVANTES.

M. Magiſter Religionis Hieroſolymitanæ poteſt illam reſervare ſuper Commendis vel Dignitatibus, *de penſ. diſc. 42. per tot.*

Ex privata conventione reſervari non poteſt ſine Apoſtolica authoritate, *de penſ. diſc. 30. n. 11.*

Epiſcopus vel alter inferior collator quando illam reſervare valeat in beneficiis quæ per eoſdem providentur, *de penſ. diſc. 45. & ſeqq.*

Reſervata ſi fuerit per ordinarium in collatione Parochiali an vitiet vel vitietur, *de Jurep. diſc. 48. num. 3. remiſſive.*

Non vitiat ſi fuerit reſervata ſub conditione beneplaciti Apoſtolici, *de Jurep. diſc. 64. n. 27.*

PENSIO QUOAD REGRESSUM.

Penſio cum reſervatione regreſſus ad beneficium, an inducat incapacitatem retinendi feuda, *de Feud. diſc. 17. in Annot. n. 9.*

Ut competat ob non ſolutam penſionem, an debeat adeſſe culpa reſignatarii, *de Dot. diſc. 12. n. 6.*

An competat pro augmento ſequuto poſt Reſignationem, *de penſion. diſc. 85. per tot. Vid. Regreſſus.*

PENSIO

PENSIO EX CAUSA RESIGNATIONIS.

Reſervatur ſuper præbendis canonicatuum aliiſque annexis, *de penſ. diſc.76.nu.10.*

Non reducitur obſtante claufula *Et non aliàs*, *de pens. diſc.11.nu.3.diſc.12.num.4.diſc.14.nu.2.*

Quod procedit non ſolum in primo reſignatario, ſed etiam in ſucceſſore proviſo per vacationem, *d.diſc.14.num.4.*

Congruæ petitio non importat impugnationem, *de penſ. diſc.14.nu.17.*

Impoſita ſuper Canonicatu, an afficiat præbendas, ſeu præſtimonia poſſeſſa à reſignante jure optionis, *de penſ. diſc.15.& 16.*

Probandus eſt valor narratus à Penſionario aliàs corruit in totum, *de pens.diſcurs.11.nu.3.diſc.12.n.3.*

Etiam quod adſit conſenſus titularis, *nu.4.ib.*

Niſi adeſſet longæva obſervantia, *de penſ. diſc.11. num.5.*

De conventione ut reſignatarius pro fructibus ſpectantibus ad reſignantem ſolvat aliquid ſub nomine penſionis, *de penſ.diſc.29.n.6.diſc.30.n.16.*

Vid.de Penſ.in Sum.ex n 22.

PENSIO QUOAD RESERVATIONEM EVENTUALEM.

Non tollit facultatem transferendi competentem antiquo penſionario, *de penſ.diſc.3.ſub n.1.& 3.in Sum.n.21. Ann.ad Conc.diſc.45.nu.3.Vid.Conſt.obſ.268.*

Non expirat per obitum Papæ, *de penſ.diſc.1.ex nu. 13. diſc.2.n.2.diſc 82.per tot* ubi declaratur, *de pens. diſc.45. num.4.*

Juſtificata dicitur, licet penſio antiqua non fuerit in totum, ſed pro parte caſſata, *de pens.diſc.3.n.4.6.& ſeqq.*

An dicatur pura, & perfecta ab initio, *de pens. diſc.1.ex n. 17.diſc.3.n.5. Annot.ad Conc.diſc.45.n.4.*

Reſervatio penſionis eventualis pro perſona nominanda, an evaneſcat per mortem Papæ non facta nominatione, *de penſ.diſc.82.ex n.2.*

Et, an iſta facultas nominandi exerceri valeat per ſucceſſorem, *d.diſc.82.ex nu.7.*

De ratione ob quam fiant iſtæ reſervationes pro perſonis nominandis, *d.diſc.82.nu.8.*

Reſervationes quæ fiunt ſuper Eccleſiis de Jurepatronatus Regio, nominationes fieri ſolent per Regem ſucceſſorem, *d.diſc.82.nu.8.*

PENSIO QUOAD SIMONIAM.

An iſta cadat in penſionibus, *de penſ.diſc.80.nu.9.*

Mediante pecunia, an poſſit extingui citra labem ſimoniæ, *de pens.diſc.80.num. 2. & per tot. vid. Penſio quoad Extinctionem.*

Facilius intrat ſuſpicio in Parochialibus & de ratione, *de penſ.diſc.41.nu.8.*

Penſionum commoditas quomodo vendi ſoleat, *de Don. diſc.54.nu.16.vid.Ceſſio Commoditatis.*

Aſſignari non poteſt ſuper beneficio pro componenda lite abſque beneplacito, *de Benef. diſc.97.nu.3.& ſeq.* ubi declaratur.

Præſentatio facta ſub conditione penſionis reſervandæ ad favorem præſentatis ſub reſervatione beneplaciti Apoſtolici, an ſit ſimoniaca, *de Jurep.diſc. 48.ex num.2. diſc 64.nu.27.*

Et mandatum datum ad conſentiendum reſervationi ad favorem patroni, an & quando importet ſimoniam, *d.diſc.48.nu.5.*

Amittitur ex hac cauſa, *de penſ.diſc 5.n.9.*

In reſervatione facta per Epiſcopum quando ineſſe dicatur, *de pens diſc.41 per tot.*

Et quando dicatur præceſſiſſe conventionem, *nu.5. & 6.ibid.*

Admittitur pro ea cedula Bancharia, non tamen depoſitum, vel pactum de ea extinguenda à principio, *de Benef.diſc. 36. n.23. diſc, 39. n. 1.*

PENSIO QUOAD SOLUTIONEM.

Vid. Penſio quoad Exactionem.

PENSIO QUOAD TRANSLATIONEM

Si non habuit effectum translatio, an debeatur æſtimatio ab hæreditate deſuncti transferentis, *de Legat.diſcurs.2. num.13.*

Diſpenſatio ad eas retinendas, an ſuffragetur ad eas aſſequendas ex translatione, *de penſ.diſc.83.per tot.*

Vid.Translatio.de Penſ.in Sum.ex nu.66.

PENSIO QUOAD VALOREM BENEFICII.

Solutio per longum tempus arguit veritatem valoris, *de penſ.diſc.6.nu.5.*

Reſervata motu proprio in Conſiſtorio non indiget juſtificatione, *de Benef. diſc.90.numer.35.de penſion. diſc.2. num.6.*

Niſi adeſſet clauſula, *dummodo*, *d.diſc.2.n.7.& 8.*

Ad ſummam narratam ſi non aſcendit quando ſit locus reductioni, *de penſ.diſc.6.nu.7.& 11.diſc.12.ex nu.5.diſc. 14.num.9.diſc.91.numer.3.diſc.93.num. 2.vid. Conſtit. obſ.269.*

Non intrat reductio in penſione ex cauſa reſignationis, *de penſ.diſc.11.ſub nu 3.diſc. 12.nu.4.diſc. 14.n.2. diſc 92.nu.1.& ſeqq.*

Etiam quod acceſſerit conſenſus titularis, *d.diſc. 11. num 4.*

Niſi adeſſet obſervantia 30.annorum, *nu.5.ib.*

Declaratur etiam ut penſio ex cauſa reſignationis reſervata ſuper ipſo beneficio reſignato reducatur & annulletur in totum, *de pens.diſc.93.nu.2.*

Quid ubi penſio reſervetur in alio beneficio quam reſignato, *d.diſc.93.ex n.3.*

Neque intrat reductio in penſione voluntaria ſuper beneficio pleno, *de pens.diſc.6.nu.12.diſc.7.num. 2.diſc. 11.n.3.vid.penſio quoad Diminutionem.*

Probatio valoris quomodo ſit regulanda, *de penſ. diſc.6. num.13.* ubi de peræquatione decennali, *de Benef.diſc. 35.nu 9.*

In penſione non odibili neque ſuſpecta juſtificari poteſt etiam adminiculative, *de Benef.diſc.90.nu.55.*

Et valor probandus eſt concludenter arbitrio Judicis, *d.diſc 90.nu.53.*

Ubi petatur annullatio penſionis eſt facienda rigoroſa probatio objectiva, *d diſc.90.n.61.*

Et ad hoc ut irritetur ob falſam expreſſionem debet fieri ſtricta probatio cum peræquatione decem annorum, *de Benef diſc.35.n.9.*

Quando titularis aſſeruit ſe informatum de valore incumbit ſibi probatio contraria, *de penſio.diſcurs. 91. num.2.*

Titularis conſenſus reſervationi cum narrativa per aſcenſum transfert onus probandi in ipſum titularem, *de Benef.diſc.90.n.39.*

Falle in ſucceſſore ad quem tale onus non tranſit, *num.40.ib.*

Quid ubi Succeſſor in ſua Impetratione narravit eundem valorem vel penſionem, *nu.41.ib.*

Reſervata ſi fuerit ad favorem reſignantis cum narrativa valoris per aſcenſum juſtificandus eſt valor, *de Benef. diſc 90.nu.37.*

Et admittitur probatio adminiculativa, *d. diſc.90. num.51.*

Si appareat aliarum penſionum exiſtentia eſt juſtificanda penſio ultimo loco impoſita non obſtante, quod clauſula *dummodo* ſit oppoſita poſt verbum *reſervamus*, *de Benef.diſc. 90.nu.51.*

An autem iſta exiſtentia probetur per narrativam in litteris, *num.52.ib.*

Diſtributiones non computantur in valore ut illa ſuſtineatur, *Ann.ad Conc.diſc.15.num.13.vid. de penſ.diſc. 91. ex num.5.* ubi de aliis emolumentis quæ dicuntur de pede Altaris.

Et quid ubi agatur de Eccleſiis Parochialibus, *n.5.ib.*

Vid. Valor.de Pens.in Sum. ex nu.102.

PENSIONES DOMORUM.

Perceptæ per creditorem inhabitantem domum pignoratam, an excomputandæ ſint ad favorem debitoris, *de Cred.diſc.133 nu.2.*

Et quid ubi domus eſſet ſolita locari, *n.5.ib.*

Et quid in caſu converſo, *n.6.7.ibid.*

Viam executivam an habeant, *de Iudic.diſc.2.n.16. diſc.42.ſub nu.27.*

Cauponæ ſolet eſſe major ratione nundinarum, vel alicujus ſpectaculi, ſeu feſtivitatis quæ fiant in aliqua anni parte, *de Regal.diſc.65 ſub nu.25.diſc.157.ſub num.6. de Locat. diſcur.55.num.8.* ubi de Caupona prope Quirinale.

Facta diſdicta per locatorem cum proteſtatione non recuſandi perſonam conductoris, ſed pro conſequenda majori penſione, ſi conductor continuet quæ penſio debeatur, *de Locat.diſc.16.per tot.*

Cætera, *vid.Affictus; Domus Penſiones; Latio quoad Penſiones de Locat. in Sum ex n.17.*

PENURIA.

Deferentes victualia poſſunt hoc tempore fieri immunes à Gabellis, *de Regal.diſc. 44.nu.17.diſc. 45.ſub nu.7.*

Princeps tenetur gratis eadem victualia ſubminiſtrare, *de Regal.diſcurs.119.num.7.diſc.125.nu.9.*

Divites cogi poſſunt ad emenda victualia, ut taxato pretio pauperibus vendantur, *de Regal.diſc. 44.n.16. vid. Annona.*

PERANGARIÆ.

Vid Angarie.

PERCUTIENS.

Clericum incidit *in Canonem, ſi quis ſuadente, &c. Miſcell. diſc.20.per tot.* in quo declaratur.

Et quomodo obtinere debeat abſolutionem, *d diſc. 20.nu.2 diſc.21.nu.7 & 8.*

Quid de percutiente Clericum fornicarium alicujus conjunctæ. *vid.Conſi.obſ.281.*

Vid. Offendens Clerici quoad Irregularitatem.

PER ÆS ET LIBRAM.

Collectæ exigi ſolitæ non poſſunt alterari nec fieri per capitationem, *de Regal.diſc.102.n.3.*

PEREGRINUS.

Conſ.4.l.1. rejicitur, *de Regal.diſc.43.nu.4.in fin.*

*Conſ.45.num.53.l.5.*declaratur, *de fideic.diſc.143.ex n.4.*

Conſ.47.l.2. rejicitur, *de fideic.diſc.1 ſub num. 15.de fideic. art.5.nu.15.*declaratur, *de fideicom diſc.143.ex n.3.*

*Art.27.nu.5.*expenditur, *eod.tit.diſc.18.ex n.9.*

PEREMPTIO.

Vid.Inſtantia; Lis, de Judic.in Sum.ex nu. 36.& 181.

PEREMPTORIUM.

An contineri debeat in citatione, *de judic.diſc.9.nu.53.*

PERICULUM.

In rebus conſiſtentibus in pondere, numero & menſura, ita non ſecutis periculum eſt venditoris, *de Regal.diſc. 118.nu.3.diſc.129.nu.2.de Cred diſcurs.23 n.3.& 4.*

Fallit ubi emptor eſt moroſus in accipiendo, ac per eum ſtat, *d.diſc.118 nu 4.diſc.125.nu 7.*

Extenditur limitatio ut venditor poſſit etiam bona vendita projicere, *d.diſc. 118.n.5 diſc.125.nu.13.*

Et ſive impedimentum ſit juſtum ſive injuſtum in mercibus peremptioni ſubjectis venditor poteſt propria auctoritate etiam minori pretio quam convento illa vendere, *d diſc.125.nu.13.*

Quandò autem dicatur incurſa mora, & an dilatio conventionalis conceſſa emptori illam non tollat, *d. diſc.118.num.6.*

An bellum motum in odium venditoris ſeu locatoris excuſet emptorem, ſeu conductorem à moratorio rei perceptione, *d.diſc.118 ex nu.7.*

Fallit principalis concluſio in mercibus in quibus etiam ſine menſuratione vel ponderatione in itinere ſpectat ad emptorem, *de Cred.diſc.23. nu 10.vid.Merces.*

Caſus fortuiti cedit damno ceſſionarii non autem cedentis, *de Regal.diſc.22.nu.2.*

Depoſiti an ſit deponentis vel depoſitarii; *de Tutor.diſc. 16.nu.13.de Cred.diſcurs.144.nu.3 & 4.*

Irregularis eſt depoſitarii & quando ſecus, *de Cred. diſc.1.nu 14. diſc.18.n.13.*

Quid de rebus exiſtentibus penes mandatarium an ſit iſtius vel mandantis, *de Tutor.diſc.16.nu. 12.*

Rei venditæ eſt emptoris poſt perfectam venditionem, *de Empt.diſc.8.nu.6.*

Pecuniæ ſolutæ cum cautione de reſtituendo ſpectat ad accipientem, *de Cred.diſc.2.n.8.& 14.*

Rei legatæ ad quem ſpectet, *de Legal.diſc. 27.ex nu.7.de fideic.diſc.167.n.3.& 9.*

Et quid favore piæ cauſæ, *d diſc. 167.ſub n.9.*

Et quando dicatur ſtare taxative vel demonſtrative, *d.diſc.167.nu.9.& 11.*

Ubi periculum eſt in mora, permittuntur plura de quibus, *de jurep. diſc. 56.nu.9.*

Vid Ceſſio quoad Exigibilitatem; Venditio; Societas Officii.

PERITUS.

Quomodo ædificia aliaque prædia urbana æſtimanda veniant, *de Alien.diſc.37.nu 9.*

Præſertim ad effectum videndi, an adſit læſio nec ne, *ib.de Judic.diſc.33.ex n.33.*

Deputatus ad æſtimandum Caſtrum, ſeu aliud corpus univerſale, an teneatur æſtimare diſtinctè ſingula membra, *de Feud.diſc.65.n.2.de judic.diſc.33.n.35.*

Quando dicatur æſtimaſſe ſylvas alicujus Caſtri integras, & liberas de pleno dominio venditoris, *de Feud. diſc. 65.nu.9.verſ.* In ſecundo.

Bona ſtabilia æſtimando debent reddere rationem, *de regal.diſc.125 ſub nu.5.vid. Æſtimatio, de judic. diſc.33. ex num 33.*

Secus in æſtimatione victualium, *d.diſc.125.n.6.*

In concernentibus tantum eorum peritiam eis defertur, *de jurep.diſc.54.nu.11.de judic.diſc.33.n.32.*

Eſt attendendus in declaratione alicujus idiomatis, *de Teſtam. diſc.49 n.3.*

Et, an inſignia fuerint antiquitus ſculpta, *de jurep. diſc.57.nu.14.*

Æternare ſolet cauſas, *de Matrim diſc. 9.ſub nu.2.de Judic.diſc.33 nu.18.*

Electus à partibus recuſari non poteſt, ſecus ſi per Judicem ex officio, *de Iudic.diſc.33.n.24.*

Datur cautela effugiendi recuſationes in deputatione tertii, *ſub nu.24.ib.verſ.* Quare.

Tertio electo in caſu diſcordiæ eſt deferendum, neque poteſt deveniri ad ulteriorem electionem, *de Judic.diſc. 33.nu.25.*

Aliquando tamen devenitur etiam ad quartam peritiunem, *nu.25.ib.*

An autem iſte tertius teneatur adhærere uni ex duobus diſcordantibus, *d.diſc.33.nu.26.*

Ubi ſunt diſcordantes in ſummis, attenditur ſumma minor quæ ineſt in majori, *d. diſc.33.n. 61.*

Diſtinguuntur eorum ſpecies in peritos teſtes; & peritos arbitros, *d.diſc.33.ex n.20.*

Subſidiariè eſt eligendus, *de judic.diſc.33. nu. 37.*

Citatio partium, an ſit neceſſaria in eorum relationibus; *d.diſc.33.nu.27.*

Bona conſumpta vel non extantia; an æſtimare valeat, *de judic.diſc 33.n.36.*ubi de mobilibus.

Extrajudicialiter quando eligatur ad ſolam informationem animi judicantis, *d.diſc.33.nu.29.*

In arte, vel aliquo Miniſterio extrajudicialiter, & ſummarie ſolet cauſas cognoſcere, *de judic. diſc.1 .ſub n.25.*ubi de Judicibus pectoralibus.

Vineas & arboreta quomodo debeant æſtimare, *d. diſc. 33.nu.33.*

Deferendum eſt eorum judicio, *d.diſc.33. nu.21.& ſeq.* ubi declaratur.

Electus per judicem ex officio dicitur ejus Aſſeſſor ſeu Conſiliarius, *de judic.diſc.33.ſub num 20. verſ.* Quemadmodum.

PERIURUS.

Exceptio perjurii quando obſtet, *de fideicom.diſc.201. ex num.16.*

De differentia in hoc propoſito inter tempora antiqua & moderna, *d.diſc.201.nu.16.& 17.de Judic.diſc.23. num.*

num.14.diſc.25.num.2.& 10.diſc.34 ſub n.17.

Deſervire ſolet hæc exceprio pro fomento calumniarum, *d.diſc.201.n.19.vid.Exceptio.*

Repellitur à limine judicii, *de Judic.diſc.20.n.21.*

Subjacebat pœnæ amputationis manus dextetæ, *de Judic.diſc.25.ſub n.2.*

Reatua perjurii videtur receſſiſſe ab aula, *de Judic. diſc. 23. nu.14.diſc.34.ſub n.17.*

Non admittitur ad jurandem, *de Judic.diſc.25.nu.10.in fin.*

PERMUTANS.

Evicta re permutata habet regreſſum ad rem propriam, *de Feud.diſc 81.nu.13.de Empt.diſc.20.nu.2.de Cenſ.diſc.15.nu.3.*

Quid ubi res permutata tranſierit ad manus tertii poſſeſſoris, *d.diſc.20.nu.4.& 5.*

PERMUTATIO IN GENERE.

Eſt cambium unius rei cum alia, & deducitur ex verbo *inexcambium, de Feud.diſc.62.nu.11.*

Cum pacto Francandi pro certo pretio dicitur contractus empt.& vend. *de Regal.diſc.49.nu 2.*

Quandu contractua dicatur venditionis vel permutationis ad effectum Gabellæ, *de Regal.diſc.49 ex n.3.*

Non attenduntur verba Notarii dicentis eſſe permutationem ſi in effectu conſtar eſſe venditionem, *d.diſc.49.nu.5.*

Et quando dicatur potius permutatio quam venditio, *dicto diſc.49 n.6.de Servit diſc.73.nu.9.diſc.76 nu.10.& 11.* In quibus agitur ad effectum *Retractus, vid. Retractus.*

An remaneat permutatio, ſi pars pretii datur in pecunia, *de Servit.diſc.73 nu.9.diſc.76.ex n.7.*

Bonorum fideicommiſſariorum quando ſit concedenda, *de Fideic.diſc.273.ſub n.18.verſ.* Solet.

De jure eſt permiſſa ubi non fuerit expreſſe probibita, *ſub nu.18.ibid.verſ.* Iſto autem & prius, *diſc.157.nu.7.diſc.168.n.2.diſc.173.nu.6*

Feudi an ſit permiſſa, *de Feud.in Sum.nu.169.*

Non admittit jus prælationis ſeu prothomiſeos, *de Feud.diſc.110.nu.7.*

Comprehendit diviſionem, *de Fideic.diſc.175.nu.10.*

Cadit ſub prohibita alienatione bonorum Eccleſiæ, *de Alien.diſc.1.nu.30.vid.Alienatio bonorum Eccleſia.*

Vid. Alienationis Prohibitio ; Appellatione Alienationis.

PERMUTATIO BENEFICIORUM.

Eſt nulla ob falſam expreſſionem valoris, *de Beneſ.diſc.41.nu.7.& ſeqq.* ubi declaratur.

Pinguia beneficii cum altero arcto facta coram Papa ſubjacet Conſtitutioni Pii V. 58. *de Beneſ.diſc. 40.nu.4.6.& 16.*

Eſt nulla ſi alter ex permutantibus ſit amens, *de Beneſ. diſc.41.nu 3.*

Nulla non abdicat jus à permutante à cujus perſona ſequi dicitur vacatio, *de Beneſ.diſc.41.nu.2.*

Reintegra poteſt revocari mandatum ad permutandum, *de Beneſ.diſc.38.n.3.vid.Mandatum.*

Coram ordinario de primo beneficio per eum qui obtinuit ſecundum incompatibile quod poſtea non acquiritur an ſuſtineatur, *de Beneſ.diſc.120.per tot.*

Coram Papa non indiget mentione circa ſanguinis conjunctionem, *de Beneſ.diſc.40.n.16.*

Neque malæ valetudinis vel gravis ætatis, *d. diſc. 40. nu.17.*

De beneficio ad cujus titulum quis fuit promotus ad ordiner indiget ſpeciali mentione, *de Beneſ.diſc.41. nu.5.& 6.* ubi declaratur.

Beneficiorum inæqualium præſumitur fraudolenta maxime concurrentibus adminiculis de quibus, *de Beneſ.diſc.40.nu.4.& 5.*

Et de differentia inter ordinarium, & Papam coram quo illa ſit facta, *nu.10.ibid.*

Et quid ubi adſit præjudicium tertii, *n.14.ibidem.*

Juriſpatronatus ubi ſequitur Papa ſolet de facili derogare, *de Beneſ.diſc.40.nu.12.& 15.*

Facta coram ordinario cum ſpretu, vel ſine ſpretu patroni, an ſubſiſtat vel vacet beneficium, *de Jurep. diſc.44.per tot.diſc.66.n.8.*

Vid.de Beneſ.in Sum.ex n.80.Beneficia quoad Reſignationem.

PERSONA IN GENERE.

Una & eadem materialis poteſt repræſentari per plures perſonas formales, *de Feud diſc.2.in Ann ſub nu 15.diſc.23.nu.9.& in Ann.n.1.* ubi late, *de Regal.diſc.23. num.6 de Juriſd.diſc.49.n.7.& in Annot.nu.65.de Emphyt.diſc. 2. num.7.de Camb.diſc.2.num.2, Miſcell diſc. 4.nu 2. de Beneſ.diſc.81.num.26.de Cred.diſc.8.n.8.& 9.diſc.49.num.3.& 11.*

Et è contra plures perſonæ materiales repræſentare poſſunt unam formalem, *de Decim.diſc.1.nu.35 & 44.de Regul.diſc.14.n.4.de Jurep.diſc.17.nu 6.& 7.de Paroch.diſc.33.n.8.*

Quinimò dari poteſt etiam in eodem genere perſonarum formalium ſive intellectualium eadem pluralitas, *de Feud.diſc.23.in Ann.nu.1.verſ.* Quinimo.

Iſte concurſus perſonarum formalium impedit præſcriptionem, vel facultatem allegandi titulum meliorem in vim centenariæ vel immemorabilis, *de Feud.diſc. 3. in Ann.ſub n.5.*

Declara ut iſta pluralitas non procedat in iis quæ pendent ab animo, vel intellectu, *de Alien.diſc.29.n.10.*

Perſonam hæredis & creditoris repræſentans per deputationem Curatoris hæreditatis jacenti dicitur extra perſona hæredis, *de Empt.on.diſc.3.n.3.*

Per appaltatorem quando duæ repræſentantur, *de Regal.diſc.110.n.6.*

Quando unus & idem ſit eodem tempore ſervus, & liber vel teſtabilis & inteſtabilis, *de Regal. diſc.161.nu.31.*

Duplicem perſonam gerens quomodo ſit citandus, *de Judic.diſc.9.n.56.& 57.*

Potens vel impotens quis dicatur remittitur arbitrio judicis, *de Emphyt.diſc.29.ex nu.5.vid.de Feud.diſc.84. num 5.* Potentes.

Sub nomine generis quando cenſeatur actum de certa perſona ſeu ſpecie, *de Locat.diſc.12.n.4.*

Incertitudo perſonæ certificari poteſt ex adminiculis & indiciis, *de Regal.diſc.15.n.2.*

Et de incertitudine perſonæ vitiante actum, *d. diſc. 15.nu.4.*

Si reperiantur duæ perſonæ ejuſdem nominis in qua officium reſidere dicatur ad effectum vacationis, *de Reg. diſc.15.per tot.*

Suppoſitio & pluralitas non præſumitur, *de Judic. diſc.12. num.13.*

Quomodo ſequi valeat citra culpam notarii & teſtium, *de Judic.diſc.26.n.9.* ubi de perſona ſuppoſita pro infirmo jam defuncto, *de Fideic.diſc.193.n.6.& 15.*

Alienæ diœceſis vel territorii quando ſubjaceant alicui Prælato, *Miſcell.diſc.1.n.102.*

Inhoneſta vel ſcandaloſa expelli poteſt per regulares à vicinatu, *de Regul.diſc.1.n.105.*

Contemplata an in dubio cenſeatur vel potius officium, *de Jurep.diſc.39.n.5.& 8.*

Identitas ex quibus præſumatur, *de Fideic. diſc. 193. ex nu 2.*

De genere poſito in conditione, quamvis non ſuccedat, excludit ſubſtitutum, *de fideic.diſc.146.n.8.*

Prius vocato præfertur, & ſi non extat, eſt expectanda, donec ſpes duret, *d.diſc.146.n.8.& 9.*

Turpia qualis dicatur reſpectu fratris inſtituentis, *de Teſt. diſc.54.n.14.diſc.61.per tot.*

Privata tenetur præſtare obſequium Baronibus & Magiſtratibus, *de Feud.diſc.84.n.4.*

Eſt incapax jurium Regalium quæ penes illas deſinunt eſſe talia, *de Regal. diſc. 43. num.10.diſc.81.nu.15.& 23.*

Ejuſdem conditionis, an & quando eſſe debeat ſubfeudatarius, *de Feud.diſc.1.nu.9.*

Addicta duabus artibus utriuſque legibus & oneribus eſt ſubjecta, *de Regal. diſc. 98. ſub n. 6. & 9. diſc. 99. n. 5.*

Subjectio ipſius, non locus paſcuorum attenditur in ſolutione decimarum, *de Regal. diſc. 97. nu. 9.*

PERSONÆ ECCLESIASTICÆ.

Vendentes victualia ſubjacent Gabellæ impoſitæ ſuper eorum venditione & uſu, *de Regal. diſc. 52. ex nu. 11.*

In ſtatu Eccleſiaſtico quare graventur gabellis, & oneribus temporalibus, *de Regal. diſc. 55. nu. 8.*

Dicuntur milites S. Stephani, & ſimilium militiarum, & gaudent immunitate, *de Regal. diſc. 84. n. 9.*

Non comprehenduntur ſub ſtatuto Urbis niſi ubi explicite nominentur, *de Regal. diſc. 32. n. 4.*

Nec etiam Equites S. Jacobi de Spata, *dict. diſc. 32. nu. 5.*

Quid in ratione activa ſeu privilegiativa, *vid. Conflict. obſ. 271.*

Contribuere debent ob impotentiam ſecularium, *de Regal. diſc. 58. n. 15.*

Et ſervare debent conventionem contribuendi, *dicto diſc. 58. n. 6.*

Bullettas Franchitiæ quando vendere poſſint laicis, *de Reg. diſc. 54. nu. 3*

Inferiores debent ſe regulare prout Epiſcopus & Capitulum, *de Regal. diſc. 58. n. 10.*

Concernentia publicum bonum implere debent ex vi directiva, non autem coactiva, *d. diſc. 58. n. 8.*

Fructus eorum bonorum vendere poſſunt ad minutum abſque ſolutione Gabellæ, *de Regal. diſc. 52. n. 6.*

Reliqua, *Vid. Late in verbo Clerici cum ſeqq.*

PERSONALE.

Privilegium quale dicatur, *de Regal. diſc. 90. n. 9. remiſſ. vid. Privilegium.*

On● dicitur Plateaticum, *de Regal. diſc. 97. n. 14.*

Officiorum conceſſio dicitur perſonalis quamvis concipiatur cum verbo, *in perpetuum de Regal. diſc. 5. nu. 2. 3.*

PERSONALIS CITATIO.

Vid. Citatio.

PERUSIA.

Floruit in legibus, *Relat. Cur. diſc. 32. num. 21.* ubi quando habeat Auditorem Rotæ & Advocatum Conſiſtorialem.

PES.

Conſtituitur 16. digitis, *de Regul. diſc. 1. num. 73. diſc. 31. nu. 5.*

PESTIS.

Si princeps ob ejus timorem prohibeat Commercium non tenetur facere defalcum lucri amiſſi, *de Regal. diſc. 65. n. 11.*

Conducens de ejus tempore non meretur defalcum, *de Regal. diſc. 148. ſub n. 10.*

Damnum ſeu ſterilitatem inferre dicitur, *de Regal. diſc. 105. ſub n. 10. diſc. 134. n. 8.*

Immunes tenentur ad onera impoſita ex ejus cauſa, *de Regal. diſc. 102. nu. 16.*

Dicitur bellum divinum, & cadit ſub legibus belli humani, *de Regul. diſc. 10. n. 5. vid. Locat. diſc. 1. n. 3.*

Calamitates recenſentur, *de Regul. diſcurs. 55. numer. 12. & 13.*

Simplices Sacerdotes an cogi poſſint audire confeſſiones, *Ann. ad Conc. diſc. 2. n. 16.*

Medici cogi poſſunt ad medendum, *ibidem.*

Excuſat à lapſu fatalium, *de Judic. diſc. 37. ſub n. 31.*

Solis appaltum diminui ad tacam populi exinaniti, *de Reg. diſc. 105. ſub n. 6.*

Non liberat conductorem à locatione, *de Loc. diſc. 14. n. 4.*

Nam impedit fructuum productionem, *de Locat. diſc. 23. nu. 7.*

PETITIO.

Talis qualis hodie ſuccedit loco libelli, *de Judic. diſc. 8. ſub n. 2. vide Libellus.*

PETITORIUM.

Cumulari quando valeat cum poſſeſſorio, *de fideic. diſc. 13. n. 9. diſc. 198. n. 4. de Judic. diſc. 13. n. 11. diſc. 20. n. 7. diſc. 44. nu. 77.*

Regulariter ſuſpenditur à poſſeſſorio, *de Judic. diſc. 15. n. 11. diſc. 20. n. 15. diſc. 44. n. 7.*

Iſtius mixtura reddit appellabile poſſeſſorium, *de Judic. diſc. 44. n. 7. & 97.*

PHARMACA.

Pretium alteratum quare recipiatur, *de Regul. diſc. 60. n. 11.*

Regularibus, an ſit licitum vendere, *dicto diſc. 60. per tot. Annot. ad Conc. diſc. 19. n. 9.*

PHARMACOPOLA.

An præferatur anterioribus privilegiatis, *de Cred. diſc. 28. nu. 4.*

Præſcriptio quando illi obſtet, *d. diſc. 28. n. 3.*

PHYSICORUM COLLEGIUM.

Habet facultatem doctorandi in medicina, *Relat. Cur. diſc. 44. n. 9. vid. de Regal. diſc. 178.*

PIA CAUSA.

Non ſupplet defectum voluntatis, *de Don. diſc. 21. ſub nu. 4. diſc. 16. n. 7. diſc. 22. n. 17. de Teſt. diſc. 8. ſub n. 6. diſc. 11. nu. 8. diſc. 12. n. 14. diſc. 13. n. 5.*

Concurrens cum alia ſimili quando privilegia conquaſſentur, *de Donat. diſc. 23. n. 19.*

Diſpoſitio ad favorem conjuncti referenda non eſt piæ cauſæ, ſed motivo ſanguinis, *de Don. diſc. 32. n. 14.*

Solemnitates Statutarias quando exigat, *d. diſc. 32. n. 13.*

Regulatur veritate naturali activè, & paſſive, *de Teſtam. diſc. 20. ſub n. 12.*

Quando contra eam ſit inclinandum, *de Regul. diſc. 56. nu. 21.*

Mediate vocata, an ſit privilegiata, *de Teſt. diſc. 28. n. 15.*

Trebellianicam, ſeu Falcidiam, an detrahat ab alia pia cauſa, *de Teſtam. diſc. 20. num. 6. 8. & 12. de Legit. diſc. 34. ex nu. 10.*

Voluntatem minus ſolemnem, an poſſit impugnare, *de Teſt. diſc. 21. n. 5.*

Defectus ſolemnitatum, an attendatur cum alia pia cauſa, *de Teſtam. diſc. 16. n. 5. & ſeqq.*

Non reſtituitur adverſus non impletam conditionem, *de Teſtam. diſc. 73. n. 38.*

Dementiæ ſignum, an eſſet per illius inſtitutionem, *de Teſtam. diſc. 40. n. 9. & 11.*

Vid. Cauſa pia; Diſpoſitio Pia; Donatio; Legatum, & Teſtamentum ad pias cauſas.

PICARIA.

Denotat fodinas in quibus conficitur pix quæ fuerunt in reddito Populi Romani, *de Feud. diſc. 2. ſub n. 1.*

PICTOR.

Operis muſivi dicitur judex, *de Judic. diſc. 35. ſub n. 81.*

PICTURA.

Conventio de eam faciendo, an dicatur perfecta, ſi adſit pactum illam accipiendi quatenus placeat, *de Empt. diſc. 45. n. 6.*

An importet contractum emptionis, & venditionis, *d. diſc. 45. n. 7. & 8.*

Vid. Æſtimatio.

PIGNUS.

Dicitur res, quæ datur creditori pro ſecuritate, *de Feud. diſc. 62. n. 10.*

Non poteſt vendi à creditore habita fide de pretio, *de Regal. diſc. 7. n. 6.*

Et ubi fuerit venditum pretium imputatur, *d. diſc. 7. nu. 5.*

Fallit, accedente conſenſu debitoris, *de Cred. diſc. 22. nu. 5.* ubi quod poſſit etiam pignorare.

Fructus ex eo percepti imputantur in ſortem, *de Alien. diſc. 12. n. 24. de Uſur. diſc. 9. n. 4. diſc. 10. ſub nu. 5. Vid. Fructus Pignoris; Imputatio.*

Quando autem creditor faciat ſuos fructus ratione intereſſe paſſi, *de Cred. diſc. 135. n. 5. & ſeq. de Uſur. diſc. 9. n. 5. & 10.*

Mulier retinens pro dote an, & quando faciat ſuos vel extenuent ſortem, *de Cred.diſc.136 nu.8.& 9.de Dot.diſc.161.nu.68 diſc.50.n.5.*

De fructibus percipiendis tenetur creditor, & de differentia inter pignus conventuale, & prætorium, *de Cred.diſc.22.nu.16.diſc.133.nu.3.diſc.134.n.4.& ſeqq.de Dote, diſc.201.nu.3.*

Et quod hæc differentia non intret in prædiis Urbanis, *d.diſc.133.nu.4.*

Ubi valor pignoris non excedit creditum fructus non imputantur in ſortem *de Uſur.diſc.10.n.2.& ſeqq.* ubi declarantur, *de Dot.diſc.200.n.7.*

Quid ubi adſit pactum de lucrandis fructibus, *de Uſur.diſc.9 ex nu.6.*

Vir facit fructus ſuos, nec imputat in ſortem, *dict.diſc.9.ſub nu.8.& 9.vid.d. diſcurs.161.de Dote, num.20.& ſeqq.*

Creditor cum legitimis Uſuris ſi poſſederit pignus, quomodo ſint calculandi fructus percepti, *de Dote diſc.161.ſub n 20.verſ.*Quatenus, *& n.21.*

An creditor qui pactus eſt de Uſuris durante dilatione, poſſit iſtam negligere, & petere debitum ob invaliditatem conventionis, *de Uſur.diſc.9.n.9.*

Prætorium quando poſſit emi per creditorem, *de Tutor.diſc.13.nu.6.remiſſive.*

Illius venditionem non poteſt prohibere creditor cujus indemnitati fuerit conſultum, etiam ſi ipſe creditor haberet facultatem vendendi, *de Cred.diſc.141.nu.13.*

Exhibere, an teneatur creditor & concurrere in eo cum aliis vel potius in eo ſit potior, *de Cred.diſc.22.per tot.*

Rerum manualium habens creditor, quamvis poſterior, moleſtari non poteſt, *de Cred.diſc.10.numer.19.diſc.22.num.19.*

An, & quando dari valeat in pecunia, *de Cred. diſc.169.ex num.12.*

Augmentum, & decrementum pignoris eſt debitoris, *de Regal.diſc.196.n.9.*

In dubio, an reputetur, vel potius datio in ſolutum, *de Fend.diſc.62.nu.9 de Uſur.diſc.8.ex nu.2.diſc.10.n.5.de Cred.diſc.66.nu.5.diſc.135.n 8.& ſeq.*

Præſumitur, pignus ſi tradantur res pro immiſſione paſſa in Salviano, *de Cred diſc.135.nu.11.*

Proportionatum debito cenſetur habitum pro derelicto, & datum in ſolutum, *de Cred.diſc.136.n.2 & ſeq* ubi diſtinguitur inter pignus conventionale, & prætorium.

Et quid ſi deficiat perſona debitoris, *d.diſc.136.n 7.*

Convenit hypothecæ, ſed proprie dicitur quod datur manualiter, *de Cred.diſc.10.nu.18.Vid.de Fend.diſc.62.n.10.de Regal.diſc.185.n.11.*

Conſervare tenetur creditor, & de qua culpa teneatur, *de Cred.diſc.22.nu.14.& 15.*

Sufficiens ſi non fuerit, an & quando concurrat creditor cum filiis creditoribus, *de Cred.diſc.18.nu.12.& 13.*

Hebræi accipientes illud in rebus uſualibus quonam privilegio gaudeant in urbe, *de Cred.diſc.32.n. 23.*

Et, an conſequantur uſuras poſt lapſum tempus ad vendendum pignus, *de Cred.diſc.28. numer.14. Vid. Hebræi*

De contractu anticreſis vulgo *ad gaudendum* an valeat, *de Uſur.diſc.9.ex n.3.*

Valet favore dotis conſtante matrimonio, *dict.diſc.9.num 8.*

Conventionale, & prætorium in quo differant circa fructus, *de Cred.diſc.22.nu.16.diſc.133.n.3. diſc.134. num.4.& ſeqq.*

Statutum fori mercatorum Bononiæ quando illud ceſſare faciat, *de Cred.diſc.10.n.18.& 20.*

Inducitur aſſecuratione dotis, & quando reſolvatur, *de Cred diſc.136.nu.6.*

Vid.Fructus Pignoris.

PINSOCHÆ.

Profitentes regulam ordinis ſervorum ſubjacent ejuſdem ordinis prælatis, *de Regul.diſc.24.n.3.*

Religioſæ, an dicantur, & ſubſint loci ordinario, *de Regul.diſc.50.ſub nu.4.*

PISANA CIVITAS.

Vid.Civitates in ſpecie.

PISAURUM.

Vid.Civitates in ſpecie.

PISCATIO.

Emolumenta piſcationum, an ſint de regalibus, *de Fend.diſc.2.nu.3.& ſeq.& n.7.*

An ſit omnibus communis, tam in mari, quam in fluminibus, *de Fend diſc.2 ſub n.3.& 7.*

Jus piſcandi privative ad alios in aliquibus locis præſcriptione, vel conſuetudine valet induci, *de Fend, diſc.2.num.6.*

Enumerantur aliqua piſcationum loca, quæ ſunt Principis, vel cui Princeps dedit cum jure privativo, *d.diſc.2.num.9.*

Lacus Tralymenus, ſeu Peruſii enunciatur, *dicto diſc.2.num.9.*

Et de conceſſione facta per Principem piſcandi tymnos, *ibid.*

In quibus ſtagnis, vel lacubus detur dominium privatum cum jure prohibendi piſcationem, *de Fend. diſcur.2.num.10.*

An Clericis, & Eccleſiaſticis poſſit prohiberi per Baronem, *Miſcell diſc.41.per tot.*

Vid.de Regal.in Sum.ex nu 125.

PISCES.

Vid.Quadrageſima.

PISCHERIÆ.

Reputari ſolent de Regalibus ubi ſint piſcibus affluentes, *de Regal.diſc.134.nu.1.remiſſ.*

